

DISTINCTIO XIV.

De opere secundae diei, qua factum est firmamentum.

« Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis. Divisique aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum. » (Gen. 1, 6 et 7). Scindunt est, quod illius caeli hic describitur creatus, sicut ait Beda super Genesim, in quo fixa sunt sidera, cui subterpositae sunt aquae in aere et in terra, et superpositae aliae, de quibus dicitur (Psal. 105, 5): « Qui tegis aquis superiora ejus. » In medio ergo firmamentum est, idest sidereum caelum, quod de aquis factum esse credi potest. Chrystallinus enim lapis cui magna est firmitas et perspicuitas, de aquis factus est. Si quen vero moveat, quoniam aquae natura fluidae et in iama labiles, super caelum possint consistere, de Deo scriptum esse meminimus (Job 26, 8): « Qui ligat aquas in nubibus suis. » Qui enim infra caelum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retinetas, potest etiam super caeli spherae non vaporali temnitate, sed glaciari solidatae aquas suspendere ne habentur. Quare autem et ad quid conditas sint, ipse novit qui condidit. Ece ostensum est his verbis, quoniam caelum (1) factum sit, scilicet illud in quo fixa sunt sidera, idest quod excedit aeren; et de qua materia, scilicet de aquis; et quales sunt aquae quae super illud caelum sunt, scilicet ut glacie solidatae (2) sunt.

Alli patant, caelum illud esse igneae naturae; quibus constitit Augustinus.

Quidam vero caelum quod excedit aeren spatiun, igneae naturae dicunt, asserentes, super aeren partum igneum esse, qui dicitur esse caelum; de quo iugis sidera et lumina facta esse conjectant: quibus Augustinus (2 super Gen. ad lit., cap. 4), consentire videtur. Utrum vero nomine firmamenti, caelum quod excedit aeren, an ipsa aer hic intelligatur, idem Augustinus querit, nec absolvit. Magis tamen approbare videtur, caelum illud hic accepit quod spatia, aeris hic excedit; aquas vero quae super illud caelum sunt, dicit vaporaliter trahi, et levissimis suspendi guttis; sicut aer iste nihilus exhalatione terrae aquas vaporaliter trahit, et per subtiles minutas suspendit, et post corporulentis conglobatas pluviales refundit. Si ergo potest aqua, sicut videmus, ad tantas minutas pervenire, ut feratur vaporaliter super aeren, aquis naturaliter leviorum; cur non credemus etiam super illud levius caelum minutioribus guttis, et levioribus emanare vaporibus? Sed quoquo modo ibi sit, ibi esse non dubitamus.

Quales sunt aquae; et quae sit figura firmamenti.

Quaeri etiam solet, cujus figura sit caelum. Sed Spiritus (1) Ali. quod caelum.
(2) Ali. ut glacie solidata. Nicolai: ut glacie solidata.

Divisio textus.

Determinatio primo opere distinctionis, quo lux formata est, hic determinat de opere secundae distinctionis, quod secundae diei competit, in qua firmamentum esse factum describitur. Dividitur autem haec pars in partes duas: in prima ostendit distinctionem secundo die factam; in secunda movet quasdam quæstiones, ibi: *Quaeri etiam solet, cujus figura sit caelum.* Circa primum duo facit: primo determinat opus primæ distinctionis secundum positionem quorundam dicentium, firmamentum ex aquis factum esse; secundo secundum expositionem eorum qui dicunt, firmamentum esse de natura ignis, ibi: *Quidam vero caelum quod excedit aeris spatia, igneae naturae dicunt.*

Quaeri etiam solet, cujus figura sit caelum. Hic movet tres quæstiones: primam de figura caeli; secundam de motu ejus, ibi: *Quaeritur etiam si sit, an moveatur caelum; tertiam, quare praetermittitur hujus diei beneficio, ibi: Post haec quaeri solet, quare hic non est dictum sicut in aliiorum dierum operibus.*

Sed quid Deus: Congregentur aquae in locum unum. Hie ponitur opus tertiae distinctionis ad quod tertia dies deputatur; et circa hoc duo facit: primo describit opus tertiae diei; secundo movet quasdam quæstiones circa hoc, ibi: *Si autem quaeratur, ubi congregatae sunt aquae... potuit fieri ut terra subsidens concavas partes praebet, ut fluctuantes aquas recipere. Ubi primo quaeritur de congregatione aquarum; secundo de*

sancus, quamvis auctores nostri sciverint, per eos dicere nolunt nisi quod prosit saluti (ubi sup. cap. 9). Quaeritur etiam, si sit, an moveatur caelum. Si moveatur, inquit, quoniam est firmamentum? Si stat, quoniam fixa sidera in eo circumneantur. Sed firmamentum dici potest, non propter stationem, sed propter firmitatem, vel tenaciam aquarum intraterristis. Si autem stat, nihil impedit moveri, et circumneantur sidera (loc. cit., cap. 10).

Quare tacit Scriptura de opere secundae diei, quod in aliis dicitur.

Post haec quæri solet, quare hic non est dictum, sicut in aliorum operibus, a Videlit Deus, quod esset unum. « Sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est dictum, quod tamen sicut in aliis factum est, quia binarius principium est alteritatis, et signum divisionis.

De opere tertiae dici, quando aquae congregatae sunt in unum locum.

Sequitur (Gen. 1, 9): « Dicit Deus: Congregentur aquæ in unum locum, et appareat arida. » Tertiū dicti opus est congregatio aquarum in unum locum. Congregatae enim sunt omnes aquæ caelo inferiores in unum matrem, ut lux quæ præterito biduo aquæ clara (1) loco illustraret, in puro aere clarior resplendere, et apparet terra, que coperta latet; et quæ aquæ limosa erat, feret arida, et germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam viridem, lichenique fructus fructum. Si autem quaeratur, ubi congregatae sunt aquæ, quae totum texerant spatium usque ad caelum; potuit fieri ut terra subsidens concavas partes præberet, ubi fluctuantes aquas recipere. Potest etiam credi primaria aquas rariores fuisse, quae sicut nebulae tegerent terras; sed congeratione esse spissitas, et ideo facile in unum posse redigi concursum.

Quoniam omnes aquae sunt in unum locum congregatae, cum multa sint maria et flumina.

Cumque constet esse multa maria et flumina, in unum tamen locum dicti aquas congregatas proper continuationem omnium aquarum quae in terris sunt; quia cuncta flumina et maria magno mari junguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in unum locum, deinde dicit pluraler: « Congregantur aquarum... proper multitudinis sinus earum quibus omnibus ex magno mari principium est.

(1) Ali. data.

unitate et pluralitate earum, ibi: *Cumque multa constet esse maria et flumina, in unum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem.*

QUAESTIO I.

Hic quaeruntur quinque: 1.º utrum supra firmamentum sint aliquae aquæ; 2.º cuius naturæ sunt firmamentum; 3.º a quo moveatur; 4.º de numero caelorum; 5.º de opere diei tertiae.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum aquae sint super caelos.
(1 p., quæst. 68, art. 2.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videatur quod aquae super caelos sint. Quia, ut dicit Augustinus (2 super Genes. ad lit., cap. 5), major est sacrae Scripturæ auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitatem. Sed Scriptura in pluribus locis aquas super caelos esse commemorat. Ergo videtur quod nulla ratione negandum sit.

2. Praeterea, homo dicitur minor mundus, quia in eo est similitudo totius universi. Sed in corpore humano cerebrum, in quo est frigiditas, secundum Philosophum (2 de part. animal., cap. 7), est positum supra cor, quod est fons totius caliditatis. Ergo videtur quod in universo aqua sit supra igneum collocata, et supra solē.

3. Praeterea, secundum Philosophum (in 2 Cael. et mund., text. 42), corpora caelestia per velocitatem sui motus, in inferioribus calorem generant. Sed saturnus inter alios planetas velocissime moveatur motu diurno, quia in partibus sphærae (1) quanto plus distat a centro, tanto velocius moveatur. Ergo oportebit secundum hoc quod Saturnus sit calidissimus effectus, cuius contrarium ab astrologi dicitur. Oportet ergo ibi esse aquas, per quarum propinquitatem calor saturni minuitur.

4. Praeterea, omne continuum divisibile est in infinitum (ut 1 de Cael., text. 2). Sed (2) aqua aliquo modo divisa per rarefactionem ad aliquod spatium aeris extendit, ut quando vapores elevantur. Ergo tantum poterit dividii quod supra caelum ascendet; et ita videtur aquas super caelum esse.

Sed contra, corpori ejusdem speciei debetur unus locus naturalis secundum numerum; unde in 5 Physic. (text. 48) dicitur, quod ad eundem locum moveatur pars terræ et tota terra. Sed omnis aqua omni aquæ est eadem secundum speciem ut Philosophus dicit (4 Phys., text. 45). Cum ergo naturalis locus hujus aquæ sit sub aere et super terram, quod motus ejus ostendit; videtur quod supra caelum locus naturalis aquæ esse non possit.

Praeterea, secundum Philosophum (in 4 Phys., text. 45), corpus continens se habet ad corpus contentum sicut totum ad partem, et sicut forma ad materiam; qui continens inventum habere plus de specie quam contentum; unde in 2 de Gener. (5) dicitur, quod species in terminis est. Sed aqua habet minus de specie quam aer et ignis, quod ejus grossilias ostendit. Ergo videtur quod nullo modo aqua naturaliter possit esse super ignem et aeren.

(4) Ali. diurno, quia partibus sphærae etc.
(5) Ali. additur quia.
(6) Lib. 1 Topic., cap. 6 (Ex edit. P. Nicolai).

S. Th. *Opera omnia. V. 6.*

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hoc varia dicta sunt.

Ambrosius enim in lib. de Spiritu sancto (3, cap. 21, et lib. 1 Hexam., cap. 8), videtur dicere, quod per aquas quae supra caelos sunt, Spiritus sanctus intelligitur. Sed hoc magis ad analogiam expositionem pertinet quam ad litteralem, sive ad Spiritum sanctum, sive ad Angelos referatur.

Alii vero dicunt, aquas de natura hujus elementi quod apud nos est, super caelos virtute divina contineri. Sed hoc removet Augustinus ubi supra, quia in operibus sex dierum, quibus natura instituta est, non quaeritur quid Deus facere possit suæ virtute, sed quid rerum natura patiatur. Augustinus etiam inquirendo tangit aliud modum, ut scilicet firmamentum dicatur aer iste, super quem aquæ per vapores ascendunt. Sed hoc non videtur sacrae Scripturæ convenire, quae in firmamento caelii stellas positas dicit; nisi forte firmamentum aequivoce sumatur, sicut Rabbi Moyses dicit (lib. 2 directorii dubitantium, cap. 51), qui etiam hanc expositionem innuit.

Sed tamen melius possumus dicere, quod intelligatur de firmamento quod est caelum sidereum, supra quod sunt aquæ, non quidem de natura hujus aquæ quae apud nos est, sed de natura quintæ essentiæ, habentes similitudinem cum hac aqua, ratione cuius nomen aquæ Scriptura eis attribuit, occulte per sensibilia nota manifestans. Hæc autem similitudo non potest attendi nisi (1) secundum lucidum et diaphanum, in quibus inferioribus corpora convenienter cum caelestibus, ut in 2 de Anima (text. 68) dicitur. Et ideo sicut caelum empyreum dicitur quod est simile igni in hoc quod est lucidum totum; ita etiam caelum chrysalinum vel aequaliter dicitur, in quantum convenienter cum aqua in hoc quod est diaphanum, sive quod sit aliqua pars ejus lucens (sicut est in caelo sidereo, cuius quædam partes lucent, scilicet stellæ) et aliqua pars diaphana. Huius etiam videtur consonare quod supra dixerat Magister, quod per aquas intelligitur prima materia, de cuius subtiliori parte factae sunt aquæ quae super caelos sunt; ut si non cogimur ponere aquas elementum supra caelos esse. Hoc autem caelum aquæ est nona sphæra, ad quam primo reducunt astrologi motum orbis signorum communem omnibus stellis, qui est de occidente in orientem; et iterum sphæram decimam, ad quam reducunt motum diurnum, qui est de oriente in occidente.

Ad primum ergo dicendum, quod in hoc nihil autoritati Scripturæ derogatur, si diversimode exponatur, dummodo hoc firmiter teneatur quod sacra Scriptura nihil falsum contineat. Constat tamen in Scriptura sacra multa metaphorice tradita, quæ secundum planam superficiem litteræ intelligi non valent.

Ad secundum dicendum, quod non oportet esse eundem situm partium in universo, qui est in homine; quia in universo ordinantur corpora super nos, secundum quod minus sunt immaterialia; sed in homine, secundum quod expedit ad conservacionem vitæ, et ad convenientem executionem animæ: et propter hoc, illud quod est principium vitæ in homine, scilicet cor, est in medio positum, ut ab omni laesione conservetur, et vitam proportionali-

(1) Ali. in se.

ter in omnes partes corporis diffundat; sed caelum, quod propter suam impossibilitatem est conservans non conservatum a corpore alio, est in extremo positum, quasi continens; cuius tamen motus est ut vita quadam natura existentibus omnibus, ut in 8 Physic. (text. 1) dicitur, ad similitudinem motus cordis in animali, ut dicit Rabbi Moyses, ubi supra.

Ad tertium dicendum, quod Saturnus habet infrigidare ex propria natura, et virtute consequente speciem suam; unde non oportet quod ad ejus infrigidationem aquae super caelos ponantur; quia si ibi essent, ipsum non infrigidarent, cum sint de natura quintae essentiae non susceptibilis peregrinae impressionis; quod iterum si esset possibile, magis infrigidarent stellas octavae sphaerae velut sibi propinquiores; quarum tamen quedam inventur esse calidissimi effectus.

Ad quartum dicendum, quod corpora naturalia in infinitum dividii non possunt, quia omnium natura constantium, ut in 2 de Anima dicitur (text. 41) est terminus magnitudinis, nec tantum in augmento sed etiam in diminutione; et ideo etiam est inventire minimam carnem et minimam aquam, ut in 4 Physic. (text. 56) dicitur; et ideo in qualibet specie oportet esse terminum quemdam rarefactioris, ultra quem species non salvatur. Unde ultima raritas ad quam potest perveniri, est secundum quod materia stat sub forma ignis, ut dicit Commentator in 4 Physic. (text. 56, et seq.). Unde posset aqua tantum rarescere quod jam non esset aqua nec vapor, sed aer vel ignis. Praeterea cum ignis sit maxime actius, non posset pertransire regionem ignis vapor ille, quin consumeretur; et adhuc minus possibile esset ut substantiam orbium penetraret, qui, secundum omnes, sunt indivisibles, nisi metaphorice dividi dicantur.

ARTICULUS II.

Utrum firmamentum sit de natura inferiorum corporum.

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod firmamentum sit de natura inferiorum corporum. Dicit enim Basilius in Hexameron hom. 5, quod est de natura ignis; in littera etiam dicitur, quod est de aqua in modum crystalli congelata: quae duo constat esse de natura inferiorum corporum. Ergo et firmamentum.

2. Praeterea, ignis est nobilissimum corporum inter elementa. Sed non est probabile ut nobilissimum corpus in operibus creationis praetermitteatur. Cum ergo Scriptura speciem mentionem de igne non faciat, videtur quod nomine firmamenti intelligatur.

3. Praeterea, omne agens agit sibi simile. Sed corpora superiora in inferioribus habent effectum caliditatis et humiditatis. Ergo videtur quod qualitatibus afficiantur; et ita videtur esse de natura inferiorum corporum.

4. Praeterea, proprium ignis est, secundum Philosophum (1), esse specie subtilissimum corporum. Sed nihil corporeum (2) est caelo subtilius et nobilis. Ergo videtur quod caelum sit ignis, et sic idem quod prius.

(1) Colligitur ex lib. 1 de Anima, cap. 29 (Ex edit. P. Nicoletti).

(2) Al. corporum.

Sed contra, Dionysius dicit (in 4 cap. de div. Nomin.) quod caeli et stellae habent substantiam ingenerabilem et invariabilem. Sed inferiora corpora sunt generabilia et variabila. Ergo firmamentum non est de natura inferiorum corporum.

Praeterea, cum natura sit principium motus et quietis, oportet quod per motum iudicium de natura corporis accipiamus. Sed motus circularis naturalis caelo est, quia est primum motus; motus autem violentus non potest esse primum: nulli autem inferiorum corporum naturalis est motus circularis. Ergo oportet quod caelum non sit de natura inferiorum corporum, nec habens contrarium, sicut nec motus ejus.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hanc quaestionem fuit philosophorum diversi positio. Omnes enim ante Aristotelem posuerant, caelum esse de natura quatuor elementorum. Aristoteles autem primus hanc viam improbat, et posuit caelum esse quintum essentiam sine gravitate et levitate et aliis contrariis, ut patet in 1 Caeli et Mund. (text. 41 et seq.); et propter efficaciam rationum ejus, posteriores philosophi consenserunt sibi; unde nunc omnes opinionem ejus sequuntur.

Similiter etiam expositorum sacrae Scripturae in hoc diversificati sunt, secundum quod diversorum philosophorum sectatores fuerint, a quibus in philosophiis eruditii sunt. Basilius enim et Augustinus et plures sanctorum sequuntur in philosophiis quae ad fidem non spectant, opiniones Platonis: et ideo ponunt caelum de natura quatuor elementorum. Dionysius autem teneat ubique sequitur Aristotalem, ut patet diligenter inscripti libros ejus: unde ipse separat corpora caelestia ab aliis corporibus. Et ideo hanc positionem sequens dico, quod caelum non est de natura quatuor elementorum, sed est quintum corpus.

Ad primum ergo dicendum, quod alii sancti hoc tradiderunt, non quasi assertentes, sed sicut utentes his quae in philosophia diciderunt: unde non sunt majoris auctoritatis quam dicta philosophorum quos sequuntur, nisi in hoc quod sunt ab omni infidelitatis suspicione separati. Vel potest dici quod sumunt ignem et aquam secundum sit similitudinem lucis et diaphanecies.

Ad secundum dicendum, quod Rabbi Moyses dicit (lib. 3, cap. 31, ubi supra), quod ignis intelligitur per tenebras quae in principio creationis commemorantur, ut sic numerus et ordo elementorum designetur, dum super terram aqua, super aquam spiritus, id est aer; super spiritum, qui est facies abyssi, tenebrae de-erubentur: eo quod ignis in sua sphaera non luet, ut a philosophis probatum est. Sed quia haec expositione videtur nimis extrema, ideo potest melius dici, quod ibi non tanguntur nisi creaturae quae habent manifestam apparentiam et utilitatem apud nos omnes: et propter hoc etiam de aere non fecit mentionem, quia aer esse corpus a vulgo non percipitur; unde quidam vacuum plenum aere dixerunt. Similiter et ignis elementum, secundum quod in sphaera sua est, non sensu, sed ratione comprehenditur; et ideo horum creatio rudi populo explicite non proponitur. Sed per aquam omnia tria intelliguntur, quasi medium corpus inter caelum et terram. Vel dicendum, secundum Augustinum (lib. 2 sup. Gen., cap. 5), quod aer quantum ad superiorum partem propter tranquillitatem cum caelo computatur, quod est ignis, se-

cundum ejus positionem: et idem nos (1) possumus dicere de igne, ex quo non ponimus caelum de natura quatuor elementorum.

Ad tertium dicendum, quod quando materia est proportionata ad recipiendam actionem secundum virtutem agentis, tunc agens facit sibi simile in specie, et dicitur agens univocum: quando autem materia non est proportionata ad recipiendam actionem secundum virtutem agentis, servatur quidem aliqui similitudo effectus ad agentem, secundum quod dicit Dionysius (in 2 cap. de div. Nomin.) quod habent causas causarum suarum contingentes imagines: et tamen non oportet eodem modo inveniri aliquid in causa quo est in effectu, sed eminentiori: et ita etiam calor aliquo modo est in sole, non quidem denominans ipsum, ut dicatur calidus formaliter, sed effectivus secundum virtutem calefaciendi, quae in eo est.

Ad quartum dicendum, quod subtilitas et raritas non inventur univoce in corporibus caelestibus et inferioribus, ut dicit Commentator in lib. de substantia Orbis; unde ignis dicitur esse subtilissimum corporum secundum illam acceptiōem qua subtilitas in inferioribus corporibus inventur. Tamen auctoritates ex exemplis sumptae parum cogunt.

ARTICULUS III.

Utrum motus caeli sit ab intelligentia.

Ad tertium sic proceditur. 1. Videtur quod motus caeli non sit ab anima, vel intelligentia. Motus enim caeli est motus naturalis, ut in 1 Caeli et Mund. (text. 82) dicit Philosophus. Sed motus naturalis est cuius principium est forma corporis naturalis. Ergo videtur quod motus caeli sit a forma naturali ejus, et non ab aliquo movente per appropiationem.

2. Praeterea, omnis motus ab anima est cum labore et poena, ut in 2 Cael. et Mund. (text. 4) dicitur. Sed motus caeli non est hujusmodi: quia non posset esse continuus et uniformis. Ergo non movetur ab anima.

5. Praeterea, anima intellectiva non conjungitur corpori nisi mediante sensitivo et nutritivo, ut patet ex comparatione partium animae ad species figuratas in 2 de Anima (text. 29). Sed corpora caelestia non possunt habere animam sensitivam vel nutritivam: quia non habent corpus complexionatum, quale exigunt ut sit instrumentum operationum animae vegetativaes et sensitivaes. Ergo videtur quod nec ab anima intellectiva moveri possit.

4. Praeterea, omne corpus motum ab anima, habet dextrum et sinistrum, et alias differentias positionis. Sed corpus caeleste cum sit totum uniforme, non habet hujusmodi diversitatem in partibus. Ergo videtur quod non possit esse motum ab anima.

Sed contra est, quia probatur in 7 Physic. (text. 5), quod ex se movetur. Sed ex se motum non potest esse, ut probatur ibidem, nisi illud cuius una pars est movens, et altera mota; et omnis talis motus, est motus virtutis apprehendens. Ergo oportet motum caeli esse ab aliqua virtute apprehendente.

(1) Al. non.

Præterea, omnis motus naturalis est corpus existens extra ubi suum. Hoc autem est impossibile in caelo ponere. Ergo motus caeli est ab aliqua apprehensione.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dicunt, quod sicut motus aliorum corporum simplicium est ex naturis eorum corporalibus, ita etiam motus corporis caelestis. Illud autem non videtur esse verum. Quia omnis motus est ab aliquo motore. In motu autem corporum simplicium, quamvis forma naturalis sit principium motus, non tamen est motor; sed essentialis motor est generans quod dedit formam, et accidentalis est removens prohibens, ut probatur in 8 Physic. (text. 55): que nullo modo competit corpori caelesti. Et praeterea motus naturalis est ad unam partem tantum, et perficit quiete naturali, et est corporis existens extra ubi naturale: quae omnia etiam a corpore caelesti aliena sunt.

Et ideo alii dicunt, quod oportet motum corporis caelestis esse ab aliquo intellectu et voluntate, sed non immediate ab ipso Deo: hoc enim (1) ordinis divinae sapientiae non congruit, eni⁹ effectus ad ultima per media deveniunt, ut Dionysius dicit. Et ideo Gregorius dicit (in 4 Dialogor., cap. 6), quod corporalis creatura per spiritualem administratur; et ideo probabile est quod aliquis intellectus creatus sit motor proximus caeli.

Sciendum tamen quod philosophi posuerunt diversos motores in diversis motibus et mobilibus: unde secundum eorum numerum probaverunt numerum intelligentiarum motientium. Unicuique tamen orbi assignaverunt duos motores: unum coniunctum, quem dixerunt animam orbis; et alterum separatum, quem dixerunt intelligentiam. Cujus positionis ratio fuit, quia intelligentia secundum eos habet formas universales, quae non convenit (2) ut immediatè dirigant in renovationibus diversis motus caeli, et in his quae per motum caeli edificantur; et ideo oportet habere motorem in quo sunt formae particulares dirigentes in motu, et hinc dicunt esse animam orbis.

Haec autem positio partim est haeretica, et partim catholicę sustineri potest. Ipsi enim ponunt, quod res secundum ordinem excentur a Deo, ita quod a causa prima, quae Deus est, creator immediate intelligentia, a qua iterum exit anima orbis; et ab illa producitur substantia ipsius orbis: et pro tanto potest dici motor proximus forma ejus vel anima, quia dat sibi esse, sicut causa sibi proportionata. Hoc autem fides nostra non patitur, quae solum Deum rerum creatorē ponit, ut supra dictum est. Et ideo Angelos, qui movent orbēs proxime, possumus motores dicere, non formas vel animas: quia orbēs recipiunt ab eis motum tantum, non autem esse. In hoc autem sustineri potest, ut dicamus, superiores Angelos, qui habent formas magis universales, esse motores separatos et remotos; Angelos autem inferiores, qui habent formas magis particulas, ut prius dictum est, esse motores proximos. Unde etiam Avicenna (tract. 10, cap. 1) dicit quod intelligentiae apud philosophos sunt qui in lege vocantur superiores Angelī, ut Cherubim, et Seraphim; animae vero or-

(1) Al. etiam.
(2) Al. convenient.

bium dicuntur inferiores, qui dicuntur Angeli ministerii.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Commentator dicit in 1 Caeli et Mundi, motus (1) caeli dicuntur naturalis, non quia principium ejus actuum si aliqua forma naturalis, sed quia ipsum corpus caeleste est talis naturae ut talem motum natum sit susciperre ab aliquo intellectu, non habens naturam repugnantem huic motui voluntario, sicut est in nobis. Natura enim non tantum dicuntur de forma, sed etiam de materia.

Ad secundum dicendum, quod Philosophus loquitur contra illos qui ponebant caelum de natura inferiorum corporum: tunc enim motus ille esset ab anima contra naturam corporis moti; et ideo propter laborem et poemam esse in movendo. Sed si ponatur motus ille ab intellectu secundum conditionem corporis moti, non est ibi violencia nee labor.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicit Commentator in libro de substantia Orbis (cap. 1), corpus caeleste non est generabile nec est corruptibile, sicut corpus nostrum; et ideo non indiget aliqua forma vegetante ipsum. Similiter etiam motor ejus non acquirit cognitionem a rebus, sed habet scientiam quasi activam; et ideo non indiget anima sensitiva; et ideo secundum philosophos non dicitur univoco anima caeli et hominis.

Ad quartum dicendum, quod secundum Philosophum (in 2 Caeli et Mund., text. 8), in corpore caeli est assignare differentias positionum; ita quod dextrum ejus dicatur oriens, unde incipit motus; et sinistrum occidens, et superius polus meridionalis, et inferius polus septentrionalis, et anterius, superius hemisphaerium, et posterius, inferius; tamen istae partes, ut idem Commentator dicit, diversimode assignantur in corpore caelesti et in corporibus nostris quantum ad duo. Primo, quia in nobis istae partes figura et virtute diversificantur, non autem in corpore caelesti, cum undique sit sphaericum. Secundo, quia in nobis determinata pars est dextra, quae nunquam fit sinistra; in corpore autem caeli illa pars orbis quae nunc est dextra, postmodum fit sinistra: quia pars que nunc est in oriente, postmodum est in occidente: quod contingit ex hoc quod virtus exequens motum in nobis, est actus corporis cuiusdam affixa organis, scilicet musculis et nervis; quod non contingit in corpore caelesti.

ARTICULUS IV.

Utrum numerus caelorum convenienter assignetur a Rabano. — (1 p., quæst. 68, art. 4.)

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod inconvenienter a Rabano numerus caelorum assignetur. Ponit enim septem caelos, scilicet empyrum, chrysalinum, sidereum, igneum, olympium, aethereum, et aereum. Est enim caelum sanctae Trinitatis, in quod lucifer ascendere voluit, ut supra dictum est. Hoc autem ab omnibus enumeratis differt. Ergo insufficienter videntur caeli enumerari.

2. Praeterea, sicut in sphaera aeris et ignis differt convexum et concavum; ita etiam in sphaera

caeli empyrei et chrysalinii. Sed penes convexum et concavum ignis et aeris sumuntur duplex caelum, ut infra dicetur. Ergo similiter in caelo empyreo debet duplex caelum assignari.

3. Praeterea, praeter caelum sidereum, in quo sunt sidera fixa, sunt etiam orbes septem planetarum, qui etiam caeli nomen sortiuntur. Cum ergo de eis mentionem non faciat, videtur insufficienter caelos assignare.

4. Praeterea, sicut ser et ignis communicant cum caelo in luce et diaphanitate, ita etiam et aqua. Sed ratione hujus convenientiae aer et ignis caelum dicuntur. Ergo videtur quod oportueret similiter aqueum elementum inter caelos computare.

5. Sed contra, videtur quod non sint tot caeli, sed solum tres, per hoc quod legitur 1 Corinth. 12, Paulus usque ad tertium caelum raptus.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod caelum potest nominari aut solum ab aliquo caelesti proprietate, aut simul proprietate et natura. Natura enim corporis caelestis est ut separatum sit a corruptione et a contrariis; proprietates autem ejus praecipue attenduntur in altitudinem situs, et claritatis participatione. Si ergo nominemus caelum a natura et proprietate caelesti, sic est triplex caelum; quorum unum est uniforme et immobile, scilicet empyrum; secundum uniforme et mobile, scilicet caelum chrysalinum; tertium disforme in partibus, et mobile, scilicet sidereum. Si autem dicatur caelum a proprietatis caelestibus tantum, sic erit quadriplex caelum. Sunt enim duo elementa, quae simul claritatem lucis participant et altitudinem situs, scilicet aer et ignis: in quorum utroque distinguuntur pars superior quantum ad convexum sphaerae ipsius, et pars inferior quantum ad concavum. Pars ergo superior sphaerae ignis dicatur caelum igneum, eo quod ignis ibi purissimum est, proprium naturam servans; pars autem inferior ejus caelum olympium dicatur, a quadam monte, qui nominatur Olympus in Macedonia, qui ultra nubes in altum dicuntur porrigit: superior vero pars aeris dicatur caelum aethereum, propter inflammationem illius partis ex propinquitate ignis, quia, ut in 1 Cael. et Mund. dicitur, nomen aetheris designat corpus velocis motus, citio inflammabile, vel inflammans (1); inferior vero pars aeris dicatur caelum aereum, in qua est aer servans proprietatem aeris nobis noti, et in usum nostrum venientis.

Ad primum ergo dicendum, quod caelum sanctæ Trinitatis nominatur metaphorice ipsa celsitudine divinae majestatis, et transumpiva similitudine, qualis potest esse corporalium et spiritualium secundum proportionabilitatem; et ideo non oportuit ut in eamdem divisionem cum caelis corporibus veniret.

Ad secundum dicendum, quod corpus illud quod natura caelum dicuntur, non est alterabile ex contactu alterius corporis; et ideo eamdem naturam retinet in qualibet sui extremitate (2); et ideo in talibus corporibus non distinguuntur duplex caelum secundum superiorum et inferiorem partem, sicut in aere et igne, cuius extremitates ex alteratione corporum contingentium diversis proprietatibus disponuntur.

(1) *Al. ut inflammans.*

(2) *Al. aeternitate.*

biuum unum, scilicet in mare, aquae congregantur; et sic idem quod prius.

6. Praeterea, plantæ videntur ad ornatum terræ pertinere. Sed ad ornatum deputantur tres ultimi dies. Ergo in opere tertiae die productione plantarum mentio facienda non erat.

7. Praeterea, herbae quaedam vel plantæ non videntur in tercia die esse productæ, sed post peccatum hominis, ut habetur Gen. 3, 18: *Spinas et tribulos germinabit tibi.* Ergo videtur quod inconveniens in tercia die dicatur terra herbam virentem protulisse, cum hoc non sit universaliter verum.

8. Praeterea, sicut plantæ generantur in terra, ita etiam et corpora mineralia. Ergo videtur quod insufficienter rerum productionem determinet Scriptura, cum in hac die de mineralibus mentio noua fiat.

SOLUTIO. Respondeo dicendum, quod opus distinctionis attenditur secundum hoc quod corporibus, quae sunt elementa mundi, conferuntur virtutes universaliter ad naturales effectus moventes, eisjusmodi sunt qualitates actiæ et passiæ elementorum; et ideo hujusmodi qualitates in (1) inferioribus elementis tercia die collatae intelliguntur, quibus ab invicem et proprietate et situ separantur, eo quod inter qualitates elementares etiam gravitas et levitas continentur, quae sunt principia motus elementorum ad propria loca, et etiam quietis naturalis eorum in eiusdem, sicut caliditas et frigiditas sunt principia alterationis; et ideo ex collatione talis virtutis dicuntur aquæ tercia die in unum locum congregatae.

Ad primum ergo dicendum, quod ignis et aer sunt elementa magis latentia, eo quod non ita sensu percipiuntur sicut aqua; et ideo legislator rudi populo legem proponens, ex manifestis que tetigit, oculata intelligenda reliquit. Vel dicendum, ut prius dictum est, quod aer quantum ad superiore partem comprehenditur nomine caeli; quantum vero ad inferiorem nomine aquæ propter similitudinem humiditatis quam cum aqua habet, eisjus vaporibus resolutis, quodammodo aer inspissatur.

Ad secundum dicendum, quod sicut calor et frigus non sunt formæ substantialia elementorum, ita nec gravitas et levitas; quia non possent esse alii corporibus accidentiales. Unde sicut substantia non est principium alterationis nisi mediante calore vel frigore; ita nec est principium motus vel quietis localis nisi mediante gravitate et levitate; et ideo quavis aqua formam substantialiem ex opere creationis habuerit, non tamen ex hoc in proprium locum congregabatur; sed per opus suæ distinctionis intelliguntur haec opera ordinata secundum tempus, sive secundum naturam. Verbum autem Commentatoris intelligendum est de corporibus secundum quod sunt in sui complemento quantum ad primum et ad secundum esse.

Ad tertium dicendum, quod quanto aliud elementum est subtilius, tanto est maius in quantitate; et ideo aer est major quam aqua, et aqua quam terra; et ideo aer complectit ista duo unum complexum sphaericam figuram; a quo deficit aqua, quae quidem terram cingit, non totam operiens ipsam, complexa quidem circulum, sed deficiens a complexione sphaerae (et hoc etiam sequitur necessitatem finis, ut in terra possit esse

(1) *Forte superfluit in.*

habitat animalium respirantium, et generatio planarum: terra vero quasi minima in centro concluditur.

Ad quartum dicendum, quod corpora inferiora praeferuntur motus proprios sequantur quodammodo motum superiorum; et quanto est perfectius corpus inferior, tanto magis consequitur de motu superiori, quod patet ex hoc quod in corporibus caelestibus orbis inferior, praeferunt motum proprium, retinet motum superioris orbis quo defertur. Ita etiam est in elementis, quod ex motu corporum caelestium aliquid consequuntur de motu circulari, praeferunt motus proprios naturales; quod evidentissime apparet in refluxu maris, qui sequitur motum lunae; non tamen hoc fit per motum violentum; quia dicit Commentator in 4 Caeli et Mundi: quod motus quibus elementa sequuntur impressiones corporum caelestium non sunt violenti, cum sit secundum naturalem ordinem corporum quod inferiora impressionem superiorum sequantur; et tanto plus, quanto perfectius fuerit in natura corpus inferior: et per hunc modum ex impressione caeli moventis elementa ad mixtionem, aqua subingreditur terram, ut sit apta ad generationem mineralium et animalium et plantarum; et exinde in locum proprium naturali motu revertitur, ut dicitur Eccl. 1, 7: *Ad locum unde exirent flumina, revertuntur.*

Ad quintum dicendum, quod omnia elementa in loco ubi contingunt se, alterantur a sua natura, ut sit quidam motus conjunctionis inter ea; et exinde in mari causatur salsedo ex admitione vaporis terrestris, simul cum adustione radii solarii; et hoc praecipue propter terram, et in superficie, in profundo enim pelagi inventur aqua dulcis, ut patet ex verbis Philosophi diceutis in libro de Animalibus, quod quidam pisces, qui dicitur Malaire (1), inventur valde magnus in locis pelagosis, in quibus abundant aquae dulces.

Ad sextum dicendum, quod de productione plantarum videtur esse diversitas inter Augustonum et alios sanctos. Augustinus enim videtur velle, quod eum dicitur (Gen. 1, 11), *Producat terra herbam viventem et facientem semen,* non intelligitur tunc plantas esse productas in propria natura: sed tunc terrae datum esse virtutem germinativam ad producendum plantas opera propagationis. Aliis autem videtur quod tunc etiam plantae productae sunt. Utroque autem modo convenienter productio plantarum ad opus distinctionis pertinet: quia ad earum pullulationem sufficiunt virtus caelestis loco patris, et virtus terrae loco matris, ut Philosophus dicit. Et si principia communia activa, quae ad opus distinctionis pertinent, sufficiunt ad generationem plantarum; non autem ad productionem animalium, ad quam requiritur virtus formativa in semine existens. Vel quia qualibet res pertinet ad ornatum illius loci in quo movertur, et non in quo

quiescit; plantae autem radicibus infixa terae adhaerent; ideo ad ornatum ejus non pertinent, sed cum ipsa computantur, sicut dicit Augustinus super Gen. ad litt. (lib. 2, cap. 12 et 15).

Ad septimum dicendum, quod plantae nocivae simul etiam cum aliis producuntur sunt; non tamen homini ante peccatum nocivae fuissent, divina providentia ipsum protegente; sed post peccatum in documentum hominis esse cooperantur: unde signanter dicit (Genes. 3, 18): *Germinabit tibi* (1).

Ad octavum dicendum, quod generatio mineralium est occulta in visceribus terrae; et ideo non oportuit de his populo facere mentionem, sed de his solum quae manifesta sunt.

Praeterea, mineralia non participant aliquem gradum dignitatis in entibus supra elementa, cum vita careant: propter quod non oportuit de his specialiter fieri mentionem.

Expositio textus.

Quod de aquis factum esse credi potest. Hoc intelligendum est quantum ad proprietatem perspicuitatis, et non quantum ad naturam corporis elementaris, sed hoc etiam credi potest, quia contra fidem non est.

Sed Spiritus sanctus, quavis auctores nostri sciverint, per eos dicere nolunt nisi quod prospiciat salutem. Notandum, quod hic auctores nostros nominat eos qui libros canonicos ediderunt, scilicet Apostolos et Prophetas, qui haec scribere non curaverunt: sed ab aliis Sanctis assirerunt, et a philosophis probatur, caelum esse spherae figurae; quod rationibus naturalibus, et etiam mathematicis demonstratur.

Quaratur etiam ei stet etc. De hoc etiam apud philosophos est duplex opinio. Aristoteles enim (lib. 2 de Cael., cap. 8) vult tantum orbes moveri, et non stellas per se (2); sed Ptolomeus (Almagest. lib. VII, cap. 1, et 2) vult stellae habere proprium motum, praeferunt motum orbis. Quamvis autem utroque modo motus localis caelestibus orbibus ascribatur, motus tamen varians aliquid in eius substantia, ab eo excluditur, ex eius privatione firmamentum vocatur.

Post haec queri solet, quare non est dictum.... Videtur Deus quod esset bonum. Praeter hanc rationem mysticam quae in littera tangitur, aliam literalem Magister in historis (5) assignat, quam etiam Rabbi Moyses tangit, quia scilicet in secundo die medium elementum a supremo distinguerebat, et ita non erat perfecta distinctio medii elementi, nisi etiam ab infinito distingueretur: et sic patet opus secundae diei in tertia die consummatum esse: et ideo benedictio tertiae diei ad utrumque referuntur.

(1) Nicolai Malacie. Sepiam Albertus interpretatur, eodem teste.

(1) Supple spinas, et tribulos.

(2) Al. et non stellas habere. Vide inf. dist. 13, quaest. 4, art. 1, ad 2.

(3) Se legit Petrus Comestor, ut Nicolai notat.

DISTINCTIO XV.

De opere quartae dici, quando facta sunt luminaria.

Sequitur (Genes. 1, 14): « Dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli, et dividant diem ac noctem. » In praecedenti triduo disposita est universitas hujus mundi machina, et partibus suis distributa. Formata eam luce prima di, que universa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremae et infinitae parti mundi, firmamento solis, et aeris, et terrae, et aquae. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est; terza vero aquarum molibus intra receptacula sua collectus, terra est revelata, atque aer serenatus. Quatuor iuri mundi elementa illis diebus, suis locis distincta sunt et ordinata: tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim ornatum est firmamentum sole et luna et stellae. Quinta aer in volubilis, et aqua in piscibus ornamenta accepunt. Sexta accepta terra juncta et reptilia et bestias: post quae omnibus factus est homo de terra et in terra, non tamen ad terram ne propter terram; sed ad caelum et propter caelum.

Atque alia de ornata caeli agitur, sicut prius factum est.

Quia ergo caelum ceteris elementis specie praestat, priusquis aliis factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die, quo sunt sidera: quae ideo facta sunt, ut per ea illustraret inferior pars, nec esse habitatibus tenebrosa: infirmataque luminum prosum est, ut circumnece sole, poterit hinc diei similitudine vicestudinum, proper domini dignitatem necessitatem: et ideo ita non indecora remaneat, sed lumen ac sideribus consolarentur homines (4), quibus in nocte operandi necessitate inveniuntur: et quae quada animalia sunt quae lucem ferre non possunt (2). Quod autem subditur: « Et sint in signa et temporis, et dies et annos; » quomodo accipiendo sit, queri solet. Ita enim dictum videtur, quasi quanto die compresum tempora, cum tamen prius triduum sine tempore non fuerit. Ideo tempora quae sunt per sidera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aereae qualitatis debent accipere: quia talia mobibus siderum sunt, sicut dies et anni, quos usitate novimus. Sunt enim in signa senatus et tempesatis, et in temporis quia per ea distinguuntur quatuor tempora anni, scilicet ver, aestatem, autumnum et hiemem. Vel sunt in signa et temporis, id est in distinctione horarum temporis: quia prius quam fuerint, ordo temporum nullis notabilis indicie, vel meridiana hora, vel qualibet hora. Hace quarta die facta sunt.

De opere quintae dici, quando creavit Deus ex aquis volatilia et natatilia.

« Dixit etiam Deus: Producant aquae reptile animae viventes, et volatiles super terram, sub firmamento caeli. » (lib. I sup. 20). Opus quintae diei est formatio piscium et avium, quibus duo elementa ornantur: et de eadem materia, id est de aquis, pisces et aves creavit; volatiles levans in aera, et natatilia remittens gurgiti.

De opere sextae dici, quando creata sunt animalia et reptilia terre.

Sequitur (lib. 21) « Dixit Deus: Producat terra animalia viventia, jumenta, reptilia, et bestias terrae, secundum species suas. » Sextae diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicatur.

Utrum post peccatum venenos animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cooperant, prius facta innocua.

Quaeri solet de venenosis animalibus et perniciose, utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an potius

(1) Nicolai: sed lumen, ac siderum luce consolarentur homines.

(2) Ut Augustinus dicit lib. 2 super Gen. ad litt., cap. 42. Proxime autem sequens appendix ex codice lib. 2, cap. 14, colligitur; sed alia subsequens ex libro imperfecto super Genes., cap. 15 (Ex edit. P. Nicolai).

(3) Hinc tantum initium sumit Distinctio 13, in editione Operum Majistri separacione cusa.

creata innoxia, peccatoribus nocere cooperant. Sane dici potest quod creature nihil homini nocissent, si non peccasset (1). Punierunt namque vitiorum et terrendorum, vel probandae et perficiendae virutis causa nocere cooperant. Fuerunt ergo creata innoxia; sed per peccatum facta sunt noxia.

Utrum minuta animalia tunc creata fuerint.

De quibusdam etiam minutis animalibus questio est, utrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleresa enim de humidorum corporum viis, vel exaltationibus (2) terrae, sive de cadaveribus gignuntur. Quedam etiam de corruptione lignorum et herbarum et fructuum, et Deus auctor omnium est (3). Potest autem dici, quod ea quae de corporibus animalium, maxime mortuorum, inasentur, cum animalibus creata nou fuerint, nisi potentialem et materialiter; ea vero quae ex terra vel ex aqua nascentur, vel ex eis (4) quae terra germinate orta sunt, tunc creata fuisse, non incongrue dici potest.

Quare post omnia factus est homo.

Omnibus autem creatis atque dispositis, novissime factus est homo, tamquam dominus et possessus, qui et omnibus praeferebundus erat. Unde sequitur (ibid. 23): « Vidi Deus quod esset bonus, et ait: Faciam hominem ad imaginem et similitudinem nostram. » Sed antequam de homini creatione tractemus, quod supra breviter teligimus, plenus veritatis, clarus faciemus. In hac enim rerum distinctione catholicorum tractatores dissentire, ut supra dictum, inventur: aliis dicentibus res creatas atque distinctas secundum species suas per intervalla sex dierum. Quorum sententiae quia inter Genesis magis inseruntur videtur, atque eam catholicus Ecclesiis magis approbat, ideo hanc studiose docuimus, quonodo ex illa communis materiis prius informiter facta, postea rerum corporalium genera per sex dierum volumina distinctum sint formata. Aliis autem videtur quod non per intervalla temporum facta sint, sed simul ita formata ad esse prodierint. Quod Augustinus super Genes. (lib. 4, cap. 52) pluribus modis nuntius ostendere, dicens, elementa quatuor ita formata sunt modo apparent, ab initio extitisse, et caelum siderum ornatum fuisse. Quedam vero non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quae post per temporis accessum formaliter distincta sunt, ut herbas, arbores, et forte animalia. Omnia ergo in ipso tempore initio facta esse dicuntur: sed quedam formaliter, et secundum species quas habere coenuntur, ut majores mundi partes; quedam vero materialiter tantum. Sed, ut dicunt, Moyses loquens rudi et carnali populo, locutionis modum temperavit, de Deo loquens a simili homini, qui per mortas temporum opera sua perficit, eum ipse simul (5) omnia opera sua fecerit. Unde Augustinus (lib. I sup. Gen. ad litt., cap. 10): « Ideoque, inquit, » Moyses divisum referit Deum illa opera fecisse: quia non potius simul ab homine dici quod a Deo simul potius fieri. » Item (ibid. cap. 18): « potius dividere Scriptura loquendi temporibus (6), quod Deus operandi temporibus non dividit, » illi qui his anchoritibus et aliis bujusmodi inhaerentes dicunt, quatuor elementa atque caeli luminaria ita formata sunt, et habuisse (7) illos sex deos quos Scriptura commemorat, sex rerum genera, id est distinctiones appellant, quae simul factae sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Quomodo intelligendum sit, Deum requireuisse ab omni opera suo.

Jam de septima die regnique aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est (Genes. 2), quia complevit Deus die septimo opus suum, et requirevit die septimo ab universo opere quod

(1) Ex Augustino, libro 5 super Genes. ad litt., cap. 18: quod etiam Veneta Nicolai editio notaverat (Ex edit. P. Nicolai).

(2) Al. exaltationibus, item deest terreae.

(3) Ex eodem Augustino, lib. cit. cap. 14 (Ex edit. P. Nicolai).

(4) Al. que extra, vel aquis nascentur, vel ex herbis etc.

(5) Al. deest simul.

(6) Al. de temporibus.

(7) Forte legendum et complementum habuisse, illos sex dies etc.